



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117840**

§. 33. Concilium Toletanum XIV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](#)

rum Litterarum Scientia & Cantus Ecclæ*Sæculum VII*  
 clesiastici Disciplina apprime instructus, *A. C. 684.*  
 a pueritia Ecclesiæ ministrans, digne sa-  
 credotio fungebatur, Amator paupertatis,  
 humilis, mansuetus, patiens, & mu-  
 nificus. Is Epistolas Constantini Impe-  
 ratoris accepit, ad Clericos, populum,  
 & exercitum Romanum directas, quibus  
 Princeps potestatem faciebat, sine mo-  
 ra illum ordinandi, qui Papa electus fu-  
 isset. Id est, ut, omissa Legatione ad *Papebr.*  
 Cæsarem, sufficeret, quod Exarchus Ra- *Conc. Chr.*  
 vennæ nomine Imperatoris consentiret. *p. 109.*

Benedictus Papa ad Petrum Notarium in  
 Hispania versantem dedit epistolam, in *to. 6. Conc.*  
 qua instabat, ut ipsi ab Antecessore suo *p. 1278.*  
 mandata strenue curaret.

### §. XXXIII.

#### *Concilium Toletanum XIV.*

**U**t his Mandatis satis fuisset factum,  
 opus fuisset convocare Concilium  
 Generale ex tota Hispania, quod cum  
 ob varia obstacula fieri non posset, jussit  
 Rex, ut Synodi in qualibet Provincia,  
 & primo Toleti Synodus Provinciæ Car- *Conc. Tot.*  
 thaginiensis celebrarentur. Adfuere om- *14. c. I.*  
 nes illius Provinciæ Episcopi, numero  
 septendecim, quibus Julianus Archiepis-  
 copus præerat. Verum ceteri quinque  
 Metropolitæ illo Legatos miserunt, nem-  
 pe Cyprianus Tarragonensis, Sunifredus  
 Narbo-

Sæculum VII Narboneñsis, Stephanus Emeritanus, Lui:  
A. C. 684. ba Braccareñsis, & Floresindus Hispalen-

sis. Hoc Concilium, quod inter Tole-  
tana decimum quartum numeratur, de-  
cimo octavo Cal. Dec. anno Ervigii quin-  
to, æra 722. id est, die decimo quarto  
Nov. anno 684. inchoatum, & vigesimo  
eiusdem mensis solutum est.

Summa eorum, quæ Episcopi dixe-  
runt, fuit: *Acta nobis examinanda sunt,  
Roma ad nos missa, quia juxta Canones in  
Causis Fidei Concilium universale convo-  
candum est.* Scilicet Hispani Concilium

c. 4. Constantinopolitanum tanquam Oecu-  
menicum non habebant, ad quod Hispa-  
nia, Ecclesiæ Pars admodum spectabilis,  
vocata non fuisset. Hinc, antequam  
illius Definitionem examinassent, eam  
recipere nolebant. Tum subjungunt:

c. 5. *His Actis cum antiquis quatuor Concilii  
collatis, ea approbamus, recipimus, & ve-  
neramur tanquam consentanea, atque pro-  
ximo loco post quatuor Concilia habenda  
esse arbitramur.* De Concilio quinto

c. 6. nullam faciunt mentionem, quia illud de  
Fide nihil definierat. Deinde Fidem suam  
de Incarnatione explicant, & duas vo-

c. 7. luntates diserte confitentur. Cum ve-  
ro definitionem Concilii, cui subscripte-  
runt, Benedictio Papæ remiserunt, &  
adjunixerunt librum, in quo Fidem suam  
fusæ exponebant, non nullæ formulæ dis-  
plicue-

Hispani  
Concilium  
recipient.

c. 8. 9. & 10.

plicuerunt Papæ, præsertim ista: *Volumen Sæculum VII  
tas genuit Voluntatem.* Et rursus: *In A.C. 684.  
JESU Christo tres sunt Substantiaæ.* Hæc *Conc. Tot.*  
Papa coram illo, quem Hispani miserant, *XV.p.1296.*  
non dissimulavit, atque Hispani Papæ  
litteris eodem anno missis, quæ videban-  
tur, responderunt.

Benedictus Papa nihil non fecit, ut *Conc. Nic. II*  
Macarium Antiochenum, Romæ exulem, *Aet. I. p.802.*  
converteret, & præstituto sex Septima.  
narum tempore quotidie Bonifacium,  
sibi a Consiliis, ad eum misit, qui ad Pœ-  
nitentiam exhortaretur; sed Macarius  
nunquam mentem mutavit. Benedictus *Anast.*  
Papa non ultra decem menses & duode-  
cim dies S. Sedem tenuit, & nihilominus  
duodecim Episcopos ordinavit. Eccle- *Papebr.*  
siam S. Petri & S. Laurentii Lucinæ repa- *Conc. Chr.*  
ravit. Ecclesias S. Valentini & S. Mariæ  
Martyrum, quæ dicitur Rotunda, orna-  
vit. Clericis & Monasteriis triginta au-  
ri libras legavit. Sepultus est ad S. Pe-  
trum octavo Maji, anno 686. atque in *Martyr. R.*  
numerum Sanctorum relatus. S. Sedes *7. Maji Boll.*  
vacavit duobus mensibus & dimidio. *to.13.p.196.*

### §. XXXIV.

*Constantini Obitus. Justinianus II.  
Imperator.*

Benedicto S. Petri Sedem tenente Con-  
stantinus capillos duorum filiorum  
suorum